



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur  
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 472. Simplicii Pap. Annus 5. Leonis 16. Anthe. 6. Impp.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14573**

XXXVI.

DIVINVM SIGNVM IN ELECTIONE BBA. GII.

minime haberi soletet: vt vidimus accidisse S. Iohanni Chrysostomo, qui non nisi fugā sibi consulere potuit, ne eiusdem etatis Episcopus ordinaretur. Sed hæc haud ficta esse absque diuino suffragio, quæ ab eodem auctore subduntur, ostendunt his verbis: Et cum populi acclamationes frequentia, & huiusmodi miranda renouentur constantia: placuit omnipotenti Deo, et manifestissimis manifestare indicij, quod ipse deo haberet indicium. Etenim cum modo pradicta veniri conaretur, videntibus cunctis, qui aderant, descendit subito radius noui luminis super ipsum sancti viri verticem, ac si ipse Sol de celo motus super eum ceciderit: & quia illuminandarum lux parabatur animarum, ipse quoque cum ad hoc opus adficeretur, lumine debuit declarari visibili. & paulo post: Placuit etiam omnipotentis diuine huius miracula aliud addere deosensionem meritorum beatissimi viri. Etenim radio supradicto se illustrante, sensit capiti suo vnguentis sacri infusionem liquorem, quo tutum eius delibatum est caput. hæc ibi. Talibus planè tantisque debuit cælis sacris signis imitari, qui ad conuersionem nobilissimæ gentis Franchorum Apostolus parabatur.

XXXVII.

2 Sids. lib. 7. s. REMI-CHELO-QUENTIE LAYDES.

At qualis quantusve extiterit, qui à Deo atque hominibus tam celebre testimonium dignus ac fuit, quam etiam excellentis fuerit eruditionis, testificatione viri doctissimi meruit comprobari. Etenim Sidonij Episcopi Apollinatis, huius sæculi Gallicanorum scriptorum decus & ornatum, ad eundem Remigium scribens epistolam, hæc inter alia habet: Rarus, aut nullus est, cui meditati oper assistat depositio per causas, positio per literas, compositio per syllabas: ad hoc, opportunitas in exemplis, fides in testimonijs, proprietates in epithetis, verbanitas in figuris, virius in argumentis, pondus in sensibus, flumen in verbis, fulmen in clausulis: instructa verò fortis & firma, conuentionumq; perfectarum nexa cæsuris insolubilibus; sed nec hinc minus lubrica & leuis ac modis omnibus erotunda, que lectoris linguam inoffensam decenter expediat, ne salebrosas passas iniquas, per cameram palati volutate balbutiat: tota hinc que liquidæ profluit, veluti, cum crystallinas crustas, aut onychinas non impaccio dignis vngue perlabitur: quippe si nihil cum rimosis obicibus exceptum tenax fractura remouetur. Quid plura? Non extat ad presens viri hominis oratio, quam pericia tua non sine labore transgredi queat ac superuadere, &c. Hæc lector, tamquam imaginem quamdam scriptorum Remigij delineatam Sidonij penicillo præponimus intuentiam, quod non liceat lucubrationibus ipsis frui, quas viuens ille præ animi permessione obliuione potius obruere voluit, quam perpetuati dicare. Vtinam ipse qui hæc scribit Sidonius, perfectisset, quod ipsidem literis ad eum datus est comminatus his verbis: Si distuleris nostram sterilitatem facundis secundare colloquijs: aucupaberis mundici inuolantem, & vltro scimatua, conuentionibus nobis & subornantibus hæc aliorum manus arguta populabatur, inchoabug, tunc frustra moueri, spoliatu furto, si nunc rogatus non moueri effugio. At de Remigio hæc tenus, dictum de ipso sepe inferius, cum id ratio instituta nonis exegerit, tempore opportuno.

IESV CHRISTI

Annus 472.

SIMPLICI PAP. LEONIS 16. IMP. ANTH. 6. IMP. PAP. 5.

I.

NOVVS aperitur nouis Consulibus præfens annus, Festo ac Marciano: quorum alter, nempe Festus, Romæ; alter verò, Marcianus scilicet, creatus est Constantinopoli. Mentio habetur Festi Consulatus in epitaphio sepulchrali Prætextati Exquæstoris Sacri Palatii, quod hæc tenus extat in pavimento Ecclesiæ S. Martini tituli Equitij in monte Cælio istis verbis:

hic re QUIESCIT IN PACE PRÆTEXTATVS V. I. I. X. QUÆS TOR. SC. P. DP VII. IDVS OCTOBR. FESTO V. C. CONS. filia EIVS. PRÆTEXTATA CE DP XV. KAL.

AVG. DECIO V. C. CONS. que legis elementa minoris characteris, decrant in tabula. Quod verò Christianorum hominum sepelire eam in odium inscriptio esse notatur, intelligere potes ex ea, Ethnicis Prætextatos, Christianæ religionis illustres, & relictarios, sese tandem, ab illicitis idolis, Christi fidei refecturæ.

Hæc anno Acacius Constantinopolitanus Episcopus electus anno superiori, ad nouas res adiciens animam, reuocare tenquit, quod Anatholius fructu conatus fuerat sub Leone Romano Pontifice, tamquam ex duobus circummenicis Cœlij Constantinopolitano & Chalcedonensi indebitè usurpare, vt sedes Constantinopolitana post Rostram locum principem obtineret. cuius rei gratia: iusto consilio iam pedetentim acturus, tantæ ingenidæ molis reit eiusmodi fundamentum: Leonem Imperatorem adiens, sic illi auctor sanctionis edende, qua cuncta concessa Ecclesijs privilegia iam perditæ restitueret, atq; firmaret; id inuolunt acturus, vt hæc via quod Anatolius Gennadij prædecessor, resistent Leone Romano Pontifice, de Constantinopolitana Ecclesiæ primatui visus fuerat esse dispensium, ipsum illi in integrum restitueret. Sed attende Imperatoriam sanctionem, & consideræ Actium per se cretum tramitem in iura Patriarchalem Ecclesiæ iam impetere licentiam habere.

Decernimus, vt antiquas & firmitatis funditus, quæ contra ipsum religionis dominum, quodammodo facta sunt, in integrum restituantur vniuersa. & ad vnum ordinem reuocentur, quæ ante professionem nostram mansuetudinè de rethodoxa religionis fide & sanctissimarum Ecclesiarum & Martyriorum statu firmiter obtinebant. His, que contra has tempora tyrannidus imouata sunt tam contra venerabiles Ecclesias, quarum sacerdotum gerit beatissimus ac religiosissimus Episcopus Patriarcha nostra pietatis pater acacius, quam contra ceteras, que per diuersas provincias collocata sunt, nec non & reuocandissimas earum Antistes, seu de iure sacerdotum, seu de expulsiōe eiusquam Episcopi a quolibet illis temporibus facta, seu de prærogatiua in Episcoporum Concilio, vel extra Concilium antea lites reddendi, vel de privilegio metropolitano, vel de Patriarchis sub ipsidem imperij temporibus penitus antiquando. Vt cassam & rescissis, qua per huiusmodi scelera ac rusiones, aut præagratas sanctiones aut constitutiones impias, seu formam subiecta sunt; quæ ad diuine recordationis retrò Principibus ante nostrum Imperium & incepti à nostra mansuetudine indulta vel constituta sunt super SS. Ecclesijs & Martyrij & religiosissimis Episcopis & Clericis aut monachis, iniuolata seruentur.

Sacro sanctam quoque religiosissima huius civitatis Ecclesiam & matrem nostræ pietatis, & Christianorum Orthodoxæ religionis omnium & eiusdem Regie vrbis sanctissimam sedem privilegia & honore omnes super Episcoporum creationibus & iure ante alios residendi, & cetera omnia, qua ante nostrum Imperium, vel nobis imperantibus habuisse digno, citur; habere in perpetuum firmiter Regie vrbis intuitu quædamus & sancimus. hæc Leo, sed Acacij istu tumentis prociudubio verbis concepta, & itylo superbie exarata. haud enim pij Principis verba illa esse potuerint, quibus dicitur Constantinopolitanam Ecclesiam Christianorum omnium & Orthodoxæ religionis matrem esse. Sunt hæc planè illa, que caput ipsum super omnes filios superbie, ita nominatus diabolus haud frustra comminatus fuerat S. Gennadio eius sedis Episcopo, nimitum fore, vt post ipsius obitum maximas in Ecclesia concitaret discordias, inuillamaret odia, atque moueret turbas. Factumque quidem fuit, vt talia in concilia sibi Acacius usurpante, maximum in Ecclesia Dei fuerit schisma constatum, Oriente ab Occidente diuiso. Sed vnae illi tam ingentes sumendi spiritus animus, & in concilia tentandi adeo incensa cupiditas: Accipe in choandæ tragediæ argumentum.

Quod enim collapsum penè videret Acacius Occidentale Romanum Imperium, Orientale verò auctum & propagatum; cum iam & illud sibi subiecisse quodammodo videretur Imperator Constantinopolis, mittens ex eius vrbis Senatu hominem, qui illius Imperij morderaretur habenas: stultè putans Acacius vna cum Romano Imperio Romanam pariter esse imminutam Ecclesiam

Ecclesiam, quasi spiritalia atque facta e rerum tempora-  
lium & profanarum diminutione detrimentum pati ne-  
cesse esset: nimiam elatus superbia, summa arrogantia ad al-  
ta fastigia molenda aditum sibi parare putavit: ratus ni-  
mirum, Magno illo defuncto Leone Romano Pontifice,  
qui Anatolium talia tentantem compellerat, & Impera-  
tores eadem patienter receitaret, haud in successibus  
tantum infidere constantie, ut ipsi & Leonis Imperatori  
hac agentibus reniterentur, atque penitus contradiceret.  
sed retellit spes vna ventosum hominem, satis superque suo  
damno expertum se in durissimam impigisse petram, cum  
Petri successores impudens lacefleret: tractus nimirum est  
ipse fronte, dum vana putavit perfricta fronte petra per-  
cutiendo confringere.

Restitit quidem ipsius exordio tentata stulte praesump-  
tioni Acacii, qui hoc tempore Romanam tegebat  
Ecclesiam Papa Simplicius: Cuius res fortiter gestae &  
Acta cum perierint, atque litterae datae proflus excide-  
rint: ex paucis, quae a Gelasio Romano Pontifice obi-  
ter enarrantur, satis superque possumus ex victoria conse-  
cuta praecedens existimare certamen. Scribens enim ad  
Dardaniam Episcopos \* de sancto Simplicio Papa, pri-  
mum de Leone Papae locutus, subdit haec de Simplicio  
resistente Leoni Imperatori & Acacio talia postulantibus:  
Ergo, inquit, nihilominus sub sanctae memoriae Papae Simplicio  
legatum solum Apostolicae sanctae memoriae Probum Canonicum vr-  
bis Episcopum, Leone Principe tunc potente, \* docuisse nullatenus  
posse tentari: neque his prorsus praebuisse consensum, At-  
que ideo, non ad civitatis consilium respiciant qualiter, sed  
modum dispensationis Ecclesiasticae Patrum traditione firmatum  
convenienter conferent. haec Gelasius de tentatis per  
Acacium huius Leonis Imperatoris tempore: qui licet sub  
eius successibus Zenone & Basilisco repulsus sit, idem  
rursus ab eo est instauratum certamen: sed semper tum  
Simplicium, tum eius successorem Felicem Papam passus  
est Acacius aduerfantem ac penitus resistentes: nam idem  
Gelasius subdit:

Sanctae memoriae nihilominus Papa Simplicius, & post eum san-  
ctae memoriae Papa Felix non solum Basiliscum tyrannicum, sed et  
iam Imperatorem Zenonem pro ipsius excessibus auctoritate  
liberatae sapienter increpasse noscuntur: sicuti potuissent, nisi Constantino-  
politani Praesule accenderetur insensum, qui participi externa  
communicationis effectum necessario in quod indicat, iam suberat,  
malens sua praeparationis obstinatione persistere, quam curan-  
dum ad salubria remeare, sicuti ipse scriptum probavit euentus. haec  
Gelasius, ad Acacii scelus alludens, dum vt se contra  
Romanum Pontificem roboraret, ijs, quae a sedis Apo-  
stolicae communionem fuerant segregati, temere communi-  
cavit. sed de his dicendum interius: haec modo satis tum  
ad Acacii huius Leonis tempore temerarium ausum insi-  
nuandum, tum ad Simplicii Papae in resistendo constan-  
tiam declarandam. Quomodo vero repulsus Acacius de-  
formiora aggressus est excitare certamina, dum Ecclesia  
Alexandrinae restituit impium illum & sacrilegum Timo-  
theum. Et rursum iam antea sub hoc ipso Leone Imperato-  
re expulsum, suo loco dicemus.

Hoc anno, qui numeratur Leonis Imperij decimasextus,  
magnus ille Euthymus Archimandrita in Palaestina,  
cuius saepe superius mentio facta est, ad Deum ex hoc  
mundo vocatus concessit: cuius res gestae b Cyrillus mo-  
nachus eius discipulus quam accurate conscripsit. Anni fi-  
de signata. Interfuit funeri Anastasus Hierosolymorum  
Episcopus, & honorificentissimam eum condidit sepultura,  
illustratum tum viuentem, tum mortuum innumeris pla-  
ne miraculis: quae omnia tu consulas lectione ratio enim  
instaurat haud demorari in his diutius sine, satis hoc tibi, si-  
dem eiusdem temporis scriptoris reddi in omnibus com-  
mendatam atque probatam. Porro natalis eius anniue-  
rsaria dies mox peragi cepta est: celebravit eum solemniter  
inter alios Sabas sanctissimus Abbas, de quo plura hie-  
mus. Sed audi clamores tragicos Occidentis.

Hoc eodem anno Anathemius Imperatoris proditione  
generi Ricimeris necatur. id quidem Cassiodorus his ha-  
bet verbis: \* Huo Consulibus Patricium Ricimer, Roma factu

Imperatore Olybrio, Anthemium contra reuerentiam Principis  
& sui officium cum gravi clade civitatis exstinguit. Quis non dicitur  
perallo scelere gloriatus, post quadragesima dies decessit: est  
Olybrius autem septimo mense vitam peregit. hinc ipse: eadem  
Marcellinus & alij. Pro Olybrii interitus coitigit anno  
sequenti.

Sic igitur proditor barbarus, fax Occidentis Imperij,  
perfidus Arianus Ricimer, sero licet, tandem sensu no-  
lentem licet (sicut Antiochus) subditum esse Deo. Hic  
ille perfidus, qui instar mancipiorum habuit Imperato-  
res, pro arbitrio eos tollens & subrogans, miscens & ver-  
sans pro ludibrio summam rerum aleam. Hic ille sacrile-  
gus Arianus, qui cum tantam sibi in Romanum Imperium  
vtriusque auctoritatem, inuitis licet ipsis Romanae Eccle-  
siae Pontificibus, barbarica tamen auctoritate in Vrbe sibi  
Ecclesiam vendicarat, in quam cum suis Arianis Gothicis  
militibus conueniret. Patalla quidem vrulo S. Agathae  
ad radices Quirinalis montis contra Viminalem posita,  
parua licet, ab ipso tamen Ariano ornata Catholico mo-  
re: etenim eius absidem marmorum crucis, & imaginibus  
sacris S. Spiritus ac duodecim Apostolorum ex musiuo  
egregie nobilitauit. permansit opus vsque ad tempo-  
ra nostra, cum nimia vetustate vastescens apud ipsa autem  
quinquennium improbusa ruina collapsa funditus perijt.  
Quam vir egregius, Rom. Ecclesiae ornamentum, eius Ec-  
clesiae diaconus Cardinalis Federicus Borromeus mox re-  
stituit a fundamentis.

Erat autem in eiusdem apsidis emicyclo ex musiuo pa-  
riter opere eiusmodi inscriptio exarata:

FL. RICIMER V. I. MAGISTER VTRIVSQUE  
MILITIAE PA-  
TRICIVS. ET EXCONSUL ORD. PRO VOTO  
SVO ADORNAVIT.

Quid vero acciderit, cum a Christianis Catholicis eadem  
Ecclesia, pylis Arianis, vendicata est, & a sancto Grego-  
rio sacris exarata, Catholicorumque vsui reddita fuit,  
idem Gregorius \* narrat, sed non suo loco dicemus. Sci-  
mus ipsum Ricimerum Gothum a Gorho scriptore Iordane  
laudari: sed indulcisse eum priuatis Gentilitatis af-  
fectibus, ipsa facta declarant, quae nec narrat quidem,  
relinquens ea sepulta silentio, cum non haberet, quod ex-  
puleret.

Sed ad res Gallicanas transeamus, quas his ipsis tem-  
poribus complures sanctissimi Episcopi illustrarunt, de  
quibus suis locis hic modo de Sidonio Apollinari fat me-  
minisse, qui hoc anno creatus reperitur Episcopus Aruer-  
nensis, vir plane egregius, gener Auiti Imperatoris, Patri-  
clatus dignitate insignis, qui & maxime claruit poetica  
& hereticis litteris, nulli in his fuit aetatis secundus, sed  
& sanctorum morum enituit sanctitate: de quo in primis ha-  
bet ista Gregorius Turonensis, ubi recensuit virtutes eius  
praedecessoris Epyrchij: \* Sidonium ex vrasse substituitur,  
vir secundum seculi dignitatem nobilissimus, & de primis Gallica-  
rum Senatoribus & interius: \* Quis autem esset in vrasse san-  
ctitate, atque (viximus) ex Senatoribus primus, plerumque ne-  
sciente coniuge, vasa argentea auferat a domo, & pauperi-  
bus erogabat. Quod illa cum cognosceret, scandalizabatur in eum  
sed tamen dato regni pretio, hunc domi restituebat. haec ipse. ce-  
tera inferius.

Quod autem hoc potissimum anno enim dixerimus  
fuisse creatum Episcopum: ne quid timeret & pro animi  
arbitrio absque certa ratione dixisse videamur: accipe de  
his exactam chronographiam. In primis igitur quod ad  
seculares magistratus, quibus sanctus, & honores, qui-  
bus est insignitus spectat: meminisse debet lector, aeta-  
tem & magistratus a quo honores Sidonij ex suis ipsius scri-  
ptis superius certis annis consignatos postos esse: ni-  
mirum, sub Consulatu Asterij, qui est annus Domini  
quadringentesimus quadragimus nonus, pueritiam  
tam excellisse, capilleque adolescere, vt potest anno-  
rum circiter decem & septem, sub Consulatu vero Meio-  
riani, nempe anno Domini quadringentesimo quinque-  
simooctauo, ob insignem eruditionem in rhetoricis,  
tum

VI. ACACIO SIMPLICII PAPAE RESISTIT.

Colof. qm. et. Rom. Pen.

practica vs.

VII. NONIUS ROM. MANIUS EXSTITIT A. CACIO.

VIII. EUTHYMIUS CEBITUS. b. d. d. Euthymus a. p. d. Sar. h. s. s. Januar.

IX. ANTHEMIUS IMP. V. CASSIODORUS IN CHRON.

OLYBRIUS IMP.

X. d. 2. Ma. hab. 9.

XI.

Greg. lib. 5. cap. 19. de hist. lib. 3. c. 30.

XII. SIDONIUS CREATUS EPISCO- PVS AR- VERNEN- SIS.

Greg. Tur. lib. 2. cap. 21.

XIII. CHRO- N. LOGI DE SIDONIO.

tum etiam in poetis facultatibus, statum in foro Traiano positam ex Senatusconsulto fuisse donatum: sub Consulatu vero Anthemij Imperatoris (is est annus Christi quadringentesimus sexagesimus octavus) ab eodem Augusto Prefectura insignitum. quando autem auctus fuerit dignitate Patriatus, nescitur; quam tamen constat ipsum ante Ecdicium vxoris suae fratrem esse consecutum, qui eam accepit à Iulio Nepote Augusto ante biennium. hæc quod ad seculares dignitates: quod autem ad sacra munera spectat, ex suis etiam ipsius scriptis tamquam per tenuem in ostio ex obliquo rimulam eius Episcopatus certum tempus intelligi posse videtur.

XIV. a Sidon. li. 6. Epist. 1.

Extat quidem eius epistola scripta ad S. Lupum Trecentem Episcopum, data cum ipse Sidonius creatus est Episcopus; quæ sanctissimi viri preces implorat, ut regimini, quod tunc susceperat, onus illa conscientia ferre possent: nam queritur dicens: *Facinorosa continuatione miserum necessitati accessi, ut la pro peccato populi nunc orare compellar, pro quo populus innocentium vix debet impetrare, si supplexerit.* Quod autem ea fuerit scripta epistola, et pariter Sidonij promotio possit haberi comperta, hoc inuestigandum, si quo modo consequi liceat, quod optamus. Considerandum est igitur, quod idem ait, eo tempore, quo illa scribebat, ipsum Lupum iam in sede Episcopali exegisse annos quadraginta quinque: sunt enim hæc eius verba: *Cum primò post decessu militie Lermenensis excubias, et in Apostolica sede novem iam decursa quinquennia, veriusque sanctorum ordinum quendam te conclamationem primipilarem spiritualia castra veneretur, &c.* Cum ergo tum sit creatus Episcopus Aruermensis Sidonius, cum S. Lupus novem iam exisset in sede quinquennia: modo peruestigandum est tempus sedis S. Lupi Trecentis, ut ex eo notum pariter fiat annus, quo Sidonius ad Episcopatum pronectus est.

XV. b Apud Sur tom. 4. die 29. Julij. QVO AN. NO LVVVS SIT CREA TVS EPISCOPVS.

Extant res gestæ S. Lupi, licet breui compendio, omni tamquam fide antiquitas ab homine eius temporis scriptis tradite: ex quibus potest intelligi, quo potissimum anno ipse fuerit creatus Episcopus. Dum ex utroque autem ipsum sanctum Lupum ad iudicium esse collegam S. Germano Episcopo Antiodorensi in legatione in Britannia aduersus Pelagianos suscepta, cum idem Lupus iam annum secundum ageret in Episcopatu: ex hoc colligi necesse est, ipsum esse creatum Trecentem Episcopum anno Domini quadringentesimo vigesimo septimo; cum iam constet ex his, quæ superiori tomo quinto Annalium dicta sunt, S. Prosperi auctoritate, contigisse eam obire sanctos Episcopos legationem anno Redemptoris quadringentesimo vigesimo nono. Adde igitur novem quinquennia exacta post annum Domini quadringentesimum vigesimum septimum, quo S. Lupum creatum Episcopum diximus utique peruenies ad presentem annum Domini quadringentesimum septuagesimum secundum. Cuius igitur constat, anno, quo ipse sanctus Lupus iam transegerat novem in Episcopatu quinquennia, Sidonium esse creatum Episcopum Aruermensem; utque dicendum est, ipsum creatum Episcopum hoc ipso anno Domini quadringentesimo septuagesimo secundum, cum esset annorum circiter quadringenta: Assumptus est autem ad Episcopatum, cum adhuc superstes esset Papianilla Coniux, filia Auiti Imperatoris, suscepissetque ex ea filiolam (ut vidimus) nomine Rosciam, quam apud auiam sanctæ piequæ instituta iam curauit.

XVI.

Porrò ad Episcopatum assumptus, ita mores composuit, ut statim absolutissimi sacerdotis speciem præferebat: cuius rei gratia sanctissimi Presbules eidem litteris congratulati sunt, ut inter alios magnus ille (ut diximus) celebris nomine Lupus Ecclesiæ Trecentis Episcopus, ad quem Sidonius epistolam illam reddidit, cuius nuper fecimus mentionem, quæ ad eum enixè preces ab eo exigit: ex qua etiam videas, magnam humilitate prædium fuisse virum, dignum ob eam virtutem, qui ad summum sanctitatis culmen à Deo attolleretur.

XVII.

Factum vero Episcopum nuncium remisisse secularibus iocis hinc inde natura lepidum, eius epistolæ post Episcopatum data declarant. Sanè quidem ab hoc ipso tempore

animo fuisse tranquillioris, satis ostendit, dum rogatus ab amico aliquid mens dignum poeticum ludere, se excusans à metrico lusu, seruo illa ingerit, illum mouens: *Quinimmo quoties epulo mensa laucioris hilarabile, religiosi quod magis approbo narrationibus vaca: ut proferendis consabulatio frequens; reticendus sollicitus auditus inferuat hæc ipse, qui laiciuientem Mulam instar feræ Hebræorum capillis & vnguibz circumcirca retinuit, ut his sapphicis ad Firminum datis demonstrat.*

*Veni pater solus per amona dicta, Schema sic arri. phaleraz, iungam, Clerici ne quid maculet rigorem*

*Et ama poeta. hæc ipse, cum iam esset creatus Episcopus, ut ex eadem epistola colligi potest.*

Sed intueri viri modestiam de se ipso non nisi humillime sentientis, quamuis plurimæ essent illius doctæ, quibus potuisset effertur. Sunt enim crebra ipsius querelæ, quibus se indignum ad Episcopatum assumptum deplorat: nam ad Apollinarem scribens, hæc ait: *Ego autem infelicis conscientie mole depressus, vi serbium super extercium salutu accessi, ut prope eum indignissimo tantæ professionis pondus impingam est: qui miser autē compulsum docere, quam discere, ante presumens prædicare, quam facere, tamquam steris arbor, cum non habeam opera proponi, sargo verba profolpi, hæc de se ipso Sidonius; cum alioqui reificatione Gregorij & aliorum, sanctissimi habitus sit Antistes. Ad Paulum quoque nuper creatum (ut ipse ait) Regiem Episcopum scribens, ubi ipsum valde laudauit, quod per sacerdotium nihil immutaret vite monasticæ severitatem, eiusdem exigens preces, hæc inter alia habet, benè compositum animum indicantia: *is igitur (ut supra dixi) precatibus obtine, ut portio nostræ sit Deminno, atque ut adscripturæ turme Levitarum, nec remaneamus terreni, quibus terra non manet; imhoemus, sicut à saculis lucris, sic quoque à culpi peregrinari, &c. hæc & alia humilissimi, quibus demonstrat eadem circa tempora ipsum Faustum ex Abbate Lirinensi creatum fuisse Episcopum Regiemsem. Porro in diuersis alijs ipsius Sidonij epistolis sparsim sunt threni, quibus se indignum ad Episcopatum assumptum deplorat.**

Porrò tante apud seniores sanctos Episcopos æmulationis ipse iunior fuisse cognoscitur, ut obortæ contentione in eligendo Metropolitanano Episcopo Bituricensis Ecclesiæ, ipsi vni à compromissualibus sacerdotibus, clero, & populo, quem vellet eligendi liberum fuerat electam arbitrium: eum ipse quanto in dijudicandis hominibus polleteret iudicio, declarauit diligens S. Simplicium, quem omnes summo gaudio susceperunt. Extant de his ab eodem Sidonio data ad diuersos Episcopos litteræ, et item quæ ab eo tunc habita conicio; quæ quidem quanta polleteret dicendi facundia, si legeris, admittaberis. Verum ut ex opulento conuiuio aliqui degustes, ne proferus ciuus abscetas; hic tibi describam, quas ipse suas recenser angustias; cum eligendo aliquem, cuperet omnibus satisfactum, nec se id præstare posse videret: sic enim ait:

*Si quempiam nominauero monachorum, quamuis illum Paulus, Antonij, Hilariionibus, Macarij conferendum, scilicet anachoretos pro oratione comiterur: aures illud meas incondito tumultu circumstrepitas ignobilium punitionum murmur enertat conuenerunt. His qui nominatur (inquunt) non Episcopi sed potius Abbatis complet officium. Et intercedere magis pro animabus apud celestem Iudicem potest, quam pro corporebus apud terrenum Iudicem. Sed quis non exacerbescat, cum videat forditari virtutum sinceritatem criminatione vitiorum? Si eligimus humilem: vocatur abiectus. Si proferimus erectum: superbiere censetur. Si minus institutum: propter imperitiam creditur irridendum. Si aliquatenus doctum: propter scientiam clamatur inflatum. Si suerum: tanquam crudeli horretur. Si indulgentem: facilitate culpatur. Simplicem: despicitur ut brutus. Si acrem: vitatur ut callidus. Si diligenter: superstitiosus decernitur. Si remissum: negligens inducitur. Si solertem: cupidus. Si quatem: pronunciat ignarus. Si abstemium: prodicimus: auarus accipitur. Si eum, qui prauendo pacat: ad actatus impetitur. Si eum, qui pacando renner: panitatem arguitur. Libertatem pro improbitate condemnant.*

Vercken-

SVIII  
8

verecundiam profructu atq; soliditate. Rogatus ob austeritatem no habent caros. Blaudis apud eos communione vilescunt. Ac si apud eos veritas generi videretur; semper baten bonarum partium morem ponentium linguis maledictorum, veluti discipulis hanc innocen-

Inter hec monasteria dicitur egre subditur, vel popola vram curia scilicet, vel licentia clericorum. Si clericum dixerit: sequentes amulantur, derogant antecedentes. & post nonnulla aduersus eos, qui diuturnitate clericalis ministerij, non prerogatiua meritorum, ceteris antehabendos esse clamant, hac subdit: Si militarem dixerit personam, que nimirum ex Palatina militia, Prefectura aliqua emerret: primum in hac verba conuertitur: Sidonius ad clericatum, quia de seculari professione translatus est, sed si in summo Metropolitani de religioa congregatione assumptus: naturalibus turgit dignitatibus, et religioa continentia super Christi, & c. hac eque tibi modo satis, sed non ad fatieratem expleendam, sed ad gulæ potius irritamentum, quo totam ipsam appetas opiparam deuorare mentem.

Sed accipe, quomodo ob mirificam dicendi vim Sidonio inuidiam passo, Dominus preslo faceret, vt multo magis eius eniseret & ardens virtus, & in dicendo facultas. Gregorius enim hac de ipso habet: *Sanctus vero Sidonius tanta secunda erat: vt peramque ex improbitate locutissimè que voluisset, nulla obstitente morè, componeret. Contigit autem quendam die, vt ad festiuitatem basilice monasterij eius supra mentem inuitatus accederet. Ablatos sibi nequiter libello, per quem sacrosancta solemnitas agere consueuerat: ita paratus in tempore cunctis festiuitatibus opus explicuit, vt ab omnibus miraretur, ne putaretur ab assensibus videm hominem lacrimis fuisse, sed Angelum. Quod in prefatione libri, quem de Mysis ab eo compositum conuincimus, plenius declarauimus. hac Gregorius de Sidonio Apollinari: cuius cognouimus rationem si queras, ipsum habes, qui docet, nimirum eo nomine ipsius nuncupatum fuisse autem, qui primus ius familiaris, abdicato Gentilitate iustitiam errore, Christianam amplexus est religionem. Quo nomine ipse Sidonius summo per te gloriaris, cum contigit eius Apollinaris restituere monumentum, epigraphiam eidem carmine scriptis, quo vbi primum meminit de eiusdem Prefectura Prætorij, quam summa cum laude in Gallijs administrauit, ita subdit:*

*Hæc sã maxima dignitas probatur,  
Quod frontem Cere, membra fonte purgant,  
Primum de numero patrum suorum  
Sacris sacrisq; reuocantur.  
Hoc primum est decus, hæc superba virtus,  
Spe præcedere, quos honoris iunges.  
Quis, hæc sunt tituli pars potentes,  
Hos illic meritis superuenire. Merito igitur ab eo, qui in familiam omnibus celsis Prefectus Christianum nomen intulit, Apollinari, Sollius Sidonius, cognomen accepit Apollinaris, sed de ipso modo facta.*

IESV CHRISTI  
Annus 473.

SIMPLICII PAP. LEONIS 17. IMP. PAP. OLYBR.

QUADRINGENTESIMO septuagesimo tertio Christi anno Leo Aug. quintus Consul Fastis inscribitur abque collega, quod turbata vehementer essent res Occidentalis Imperij: nam occidit Imp. Olybrius, & in locum eius a Gothis militibus Glycerius subrogatur: sub huius enim anni Consulibus Gundabado horante, Glycerius Rauenne sumpsit Imperium, tenuit que vix annum vnum. Apud hunc plurimum valuisse San. Epiphanium Ticinensem Episcopum, Ennodius tradit, addit que complotis capitis reos interuentione ipsius Epiphaniæ ab eodem Imperatore liberos esse dimissos. In hunc ergo modum magno Reipubl. dant

no sepe mutatis Angustis, audita his est noua calamitas, cum Ostrogothi sub Duce Windemiro ex gente Amala ad damna descenderunt Italiae, alia vero ex parte Theodomo ad prædandum Orientem conuerso. Porro de horum origine & familia Amala Iordanum eius gentis histororum consule.

Sed quid accidit Simplicio Vindemiro in Italiam cum exercitu ingressus est, ex hac vita subducitur, successorem reliquens filium heredem suo nomine nuncupatum Iuniorum Vindemiro: quem Glycerius Imperator, muneribus datus, de Italia ad Gallias traussit, quo a diuersis circumeiecta postu barbaris premebantur, afferens vicinos ibi VVigobos eo tempore regnare, Quod multa VVindemiro accepit muneribus, simulq; mandato Glycerio Imperatore in Gallias tendit: cum q; se parentibus inueneret VVigobus vnum omnium corpus esse dicit, vt dudum fuerant, & sic Gallias Hispaniasq; tenentes suo iure defendunt, vt nullus sibi alius præualeat. hæc Iordanus.

Ad hæc planè tempora referenda sunt, que de Rugorum Regis rebus gestis cum S. Severino Noricorum Apolo nominato Eugipius Abbas fideliter scripsit his verbis: Rugorum Rex, nomine Flacitheus, in ipso reg. & sui capite mutare primordij, habens Gotbos ex inferiori Pannonia vehementer infensos, quorum innumerabili multitudine terrebarur. Is ergo beatissimum Severinum in sua periculis tanquam celestem consulerat oraculum: signidem dum vehementer turbaretur, veniens ad hominem Dei dicebat se a Gothorum Principibus ad Italiam transfugitum postulatam; quibus se non dubitat, quia si hoc ei denegatum fuerit, occidendum. Respondit ei vir Dominus Severinus: si nos omnes vna fides Catholica adhaerere, magis me de vite perpetuitate consulere debuisti. Sed quia de præsentibus tantum saluti sollicitus es, au cultra qua duo Gothorum nos copia, nec aduersitate turbaberis, qua cito se carum, ex discidendibus, tu desiderat a prosperitate regalia: tantum ne humilitati mea monita prætermittas. Non te itaque pigeat pacem appetere etiam inimicorum. Namquam proprio virtutibus inuitari: Maledictus inquit S. scriptura & qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a Domino recedit cor eius. Dilectus inquit inquit inquit cauere, non ponere. In lætulo quippe tuo pacifica sine transibit.

Quo dum tali animati oraculo lætu abscederet, prelati sibi quod turba latronum aliquos captiuisset Rex, virum Dei protinus inquit consulendum. Qui sanctis eum mandatis, ne proloque soqueretur, Domino reuolante, prononius, dicens: Sicut scriptum fuit, occideris. Cane ne annum transis, & insidias, quæ tribus in locis paratæ sunt, impronida mente succubas. Nam cito nuncium fidelis adueniet qui te de his omnibus officet certiorum. Tunc duo captiuorum ab his hostium seclusus fugientes, ea per ordinem viderunt, que beatissimus vir, Christo sibi euolante, prædicat. Igitur frustatim insidias aduersus sanctum Flacitheum inuenit: autem per hostibus, vitam rebus tranquillissimè terminauit. hæc Eugipius Abbas, qui his subdit græde miraculum, eum vnus ex Rugorum populo, qui cõtritis ossibus, iam annis duodecim omni carerat vlu membrorum, ab eo sanatus est: ex quo euenit, vt frequentissimus ad eum esset accessus tum Rugorum, tum etiam aliorum inde transeuntium barbarorum. habet hæc omnia filiis enarrata scriptus codex superius citatus, que licet alia plura apud Suetonium de siderantur, apud quem que extant in emendata satis esse noscuntur.

Mirum quidem fuit, tanto honore, cultu & obseruantia frequentatum Seuerinum a barbaris Regibus circumstantibus, quantum libet Arianis, ab eo ad meliorem fugam conuersis: cuius cum eidem parentum monitis, omnia sibi dextera prouenire solere experimentis sæpe sepius didicissent. Ex quibus intelligas, quanto securus & virilius Reges seruis Dei obtemperent, quam alij ipsi imperent: conciliant enim diuinam sibi potentiam, dum Dei amici, obediunt, consiliaq; ipsorum libenter audiunt & amplectuntur. Quanto autem detrimento Dei amicorum despiciantur consilia, & petitiones reiciantur, quod idem Eugipius de coniuge filij Regis, eademq; Regina, narrat, terribilis est patet actum exemplo; quod ita subdit:

Felithem quoque Rex, memorati Flacitheus filius, qui & Feba pater nam sanctus in Austriam, sanctum virum pro regni sui capite frequer

XXI.

XXII.

DE APOLLINARI

b. s. d. l. y.

parco.

II.

III.

Hier. 17.

IV.

V.

VI.